

Cuncta polit cunctis bene turbā ministra dibus.
Atq; nitent cultu quælibet arma suo.
Singula ponuntur monstrantur & ordine certo,
Et sunt cuncta suis inuenienda locis.

Plura locis alijs fateor sunt forsitan armas,
Non digesta tamen rectius esse puto.

Hec cupidè spectat Princeps miratur & heros,
Et comites proceres ipsius urbis erant.
Utq; suos iterum uult indè reflectere gressus,
Libera dona ab eo turba ministra capit.

Nam dedit argenti uicena numismata cusi,
Qualia florenos teutona turba uocat.

Et ter dena prius dono dedit ipse ministris,
Tradita sunt urbis munera quando sibi.

Ipsius est pauper quoq; turba experta per urbem,
Quæ tribuit facilis dona benigna manu.

Quæq; dedit dandi se munera forsitan ansa,
Hanc uoluit nullo præterisse modo.

Ipsius ergo manus largas animumq; fiducem
Quilibet in nostra prædicat urbe bonus.

Præcipue pauper uchit ipsum laude caterua,
Sedula proq; Ducis uota salute facit.

Hinc proceres urbis deducunt protinus illum,
Quà fons artifici surgit in alta manu.

Fossa profunda ingens lœua urbis moenia cingit,
(Namq; suis Ister dexter a munit aquis)

Illa caret nunquam Blaui fluvialibus undis,
Pars quibus est urbis firma sinistra satis.

Hanc intra fossam fluviales eius & undas,
Est nitidus uiuis fons per amoenus aquis.

Principis liberalitas.

Ende

Anfang

Fontis artificiosi seu
aque ductus descri-
ptio.

Aeneus